¶ Dubitaret forte aliquis quō forme intelligibiles non seinguntur sicut indiuidua, & quō minuuntur absq; corruptione, & separantur absq; seunditione, & quō sunt vniū in multitudine, & multitudine in vnitare. Dicendum q; per formas intelligibiles possimus intelligere spēs ipsas intelligibiles: spēs aut intelligibiles non seinguntur, sicut non diuiduntur sicut in diuidua, vel sicut forme sensibiles indiuiduare, quia quilibet species intelligibilis est vniuersalis quantum ad representationem. Et ideo est vnum hās multitudinem, quia vnaqueq; talis spēs est representantia vniuersalis, in quo comprehenditur multitudo: sic et quilibet talis species est multitudo in vnitare: quoniam in vna specie vniuersalis multitudo que dam representatur. Rursus tales species intelligibiles minuuntur absq; corruptione, quia hī in intelligentis in factoribus sunt immutata, quia non sunt ita vehemens, neq; ita vniuersales sicut in superioribus, attamen talis diminutio comparat ipsas speciebus intelligibilibus absq; corruptione. Rursus hōiō forme separantur: i. separantur, & diuisam hāc esse in hac intelligentia, & in illa sine seunditione. sine partitione: siue sine parthibitate: quia omnes tales species intelligibiles sunt quantum ad representationē vniuersales: nulla enim est intelligentia, quæ intelligit per spēs particulares, & indiuiduales sed quælibet intelligit per species vniuersales. Hī vna intelligit per vniuersales q̄ alia, sed forme sensibiles non sic tales. n. vt sunt in materia, & vt sunt sensibiles non sunt vnum habens multitudinem neq; multitudo in vnitare, quia sic accipit sunt penitus particulares: tales etiam non minuuntur absq; corruptione, nec separantur absq; seunditione. Tunc n. dicitur tales forme minui quā non constat ex tota materia sua, vel tunc dicitur tales forme seingui quā in diuersis partibus materię recipiuntur diuersę tales forme: sed de quod non constat ex tota materia sua (sicut philosophorum sententiam) est generabilis, & corruptibilis. Ergo tales forme quando minuuntur, i. qđ non constant ex tota materia sua, non fit hoc sine corruptione, & qđ separantur, i. quā in diuersis partibus materię recipiuntur diuersę tales forme, non fit sine seunditione. i. sine separatione, siue sine parthibitate, quia sic recipit habent omnino esse particularē, & hic, & nunc.

NN

¶ Vterius cum per formas intelligibiles (vt dictum est) possumus intelligere, non solū spēs intelligibiles, sed etiam ipsas substantias, & naturas intelligantur. Dubitaret forte aliquis quō hæc que dicta sunt de talibus naturis, vel de talibus substantiis verificari possunt. Dicendum q; ille forme, & ille nature cum sint per se existentes hāt omnem modū essendi de proprie specie. Veruntamen vna est perfectior altera, & plus participat de esse quā altera, sicut hī colores essent separati quilibet color haberet totū modum essendi competentem proprie specie. Attamen color albus plus participaret de esse, & de perfectione quā ceteri colores, sed si tales essent colores non seingerebantur neq; particulantur, quo modo nunc particulantur, & seundim modos essendi habent, nulli enim colorū competit totus modus essendi pertinens ad propriam speciem. Rursus posita colorum abstractione, vnus color esset diminutus ab alio, quia esset imperfectior alio, sed talis diminutio esset sine corruptione, quia quilibet color est incorruptibilis: sic etiam inter colores esset separatio absq; seunditione, quia esset vnus color separatus, & distinctus ab alio,

OO

¶ supra. v. x.
 ¶ Notandum q; illa forme, & illa nature cum sint per se existentes hāt omnem modū essendi de proprie specie. Veruntamen vna est perfectior altera, & plus participat de esse quā altera, sicut hī colores essent separati quilibet color haberet totū modum essendi competentem proprie specie. Attamen color albus plus participaret de esse, & de perfectione quā ceteri colores, sed si tales essent colores non seingerebantur neq; particulantur, quo modo nunc particulantur, & seundim modos essendi habent, nulli enim colorū competit totus modus essendi pertinens ad propriam speciem. Rursus posita colorum abstractione, vnus color esset diminutus ab alio, quia esset imperfectior alio, sed talis diminutio esset sine corruptione, quia quilibet color est incorruptibilis: sic etiam inter colores esset separatio absq; seunditione, quia esset vnus color separatus, & distinctus ab alio,
 secundum

Propositio quinta.

secundum speciem, sed non secundum numerum, quia in eadem specie non esset colorum seunditō. Sic ordinavit Deus, q; in rebus abstractis sit tantum vnum in vna specie: tamen si aliter voluisset aliter ordinauisset: sicut enim secundum nostrum intellectum voluit limitare diuinam potentiam.

¶ Vterius hoc posito quilibet color esset vnitas in multitudine, & multitudo in vnitare, quia illi modi essendi, qui recipiuntur in varijs coloribus eisdem speciei virtualiter, & per quandam excellentiam referuntur in vno colore separato: ita q; quilibet color separatus haberet perfectionem multorum colorum, immo omnium illorum secundum illam speciem, & multæ immo omnes tales perfectiones continerentur in vno colore separato. Et que dicta sunt de coloribus separatis, credo q; Deus ordinavit in ipsis intelligentijs, tamen si aliter voluisset aliter ordinasset. Patet ergo quomodo, que dicta sunt verificentur non solū de speciebus intelligibilibus, sed et de ipsis naturis intelligentiarū. ¶ Deinde cū dicitur

ET intelligentiæ primæ influunt super intelligentias secundas bonitates quas recipiunt a causa prima, & intendunt huiusmodi influxum in eis vsquequo consequitur vltimum earum.

¶ Dat differentiam inter intelligentias infimas, & superiores quantum ad modum influendi, quia istæ influunt in illas, & non e conuerso, ideo aut. (Et intelligentiæ primæ influunt super intelligentias secundas bonitates quas recipiunt a causa prima, & intendunt) & continent (huiusmodi influxum in eis) i. in intelligentijs secundis (vsquequo consequitur vltimum earum) i. vsquequo deveniunt ad vltimum intelligentiarum. Quasi dicat q; primæ intelligentiæ influunt in secundas, secundæ in tertias. Tertie in quartas, vel superiores influunt in inferiores, & illæ inferiores in alias inferiores, & illæ in alias: & sic intenditur, i. proceduntur, & continuatur talis influxus, donec deveniatur ad vltimam intelligentiam.

PROPOSITIO QVINTA.

INTELLIGENTIÆ superiores primæ, quæ sequuntur causam primam imprimunt secundas formas flantes, quæ non destruntur, ita vt non sit necesse iterare eas vice versa. Intelligentiæ autem secundæ imprimunt formas declives leparabiles, sicut est anima.



¶ Postquam Auditor determinavit de distinctione intelligentiarum. In parte ista (vt dicitur) determinat de distinctione animarum. Circa quod duo facit, quia primo præmittit quandam propositionem circa distinctionem animarum. Secundo declarat eam ibi (ipsa nāq; est.) Dicit ergo q; intelligentiæ superiores primæ, quæ sequuntur causam primam imprimunt secundas formas flantes, quæ non destruntur, ita vt non sit necesse iterare eas vice versa. Intelligentiæ autem secundæ imprimunt formas declives leparabiles sicut est anima.) Tertium hoc pertinet ad propositionem: licet pars huius propositionis in quibusvis huius propositionis duo esse gēna animarum, quia quedam sunt atæ celestes, quedā vero sunt atę hoīum. Nam loquendo de atibus intellectiuis, ita inuenimus hæc duo gēna animarum, animas celestes, & animas nāras: Et per intentionem huius Auditoris atæ colorū sunt ex impressione primarum intelligentiarum, animæ vero nostrę ex impressione animarum celestium. ¶ Notandū et q; atas colorum hic Auditor vocat intelligentias secundas, & ideo inducit propōem in hunc modum q; intelligentiæ primæ imprimunt formas secundas flantes, i. im-

In ppo s̄ tōc. 4. a.

A

FP

Prā nantq; est ex impressione animæ secundæ, quæ sequitur esse creatum inferius.

B Notandum etiam q; bene apparet hoc q; de intentione huius Auctoris non est, q; ex aia cœli & cœlo fiat unum s'm esse, cum tales animas appellet intelligentias secundas. Ergo secundum cum animæ cœlorum intelligentiæ sanctæ quia tenent infamam gradum in generatione nec intelligentiarum, ideo commissa est eis administratio corporum supremorum, quia (vt dicebatur) ad hoc q; sit vniuersum ordinare conueniam oportet inferiora intelligentiarum attingere superiora corporum. Ergo intelligentiæ secundæ (quia sunt inferiores intelligentiæ) tenent conexæ cœlis, & vocabuntur cœlorum animæ.

C Dubitaret forte aliquis vtrum animæ cœlorum sint impræ esse cœlis. Dicendum q; istæ est anima cœli, vbi operatur, operatur autem in cœlo. Nam cum motus sit per se in ipso corpore, neq; puncta, neque lineæ, neque superficies possunt per se moueri, sed motus per se est ipsius corporis, cum anima cœlestis secundum q; huiusmodi habeat pro operatione ipsam motum oportet in ipso corpore cœlesti esse animam mouentem cœlum. Et ideo dicta est impræ esse cœlo. Ex hoc autem apparet potest quare motores cœlorum, cœlorum animæ vocati sunt. Nam (vt patet) cum corpora mouentur ab extrinseco non dicuntur moueri ab anima, sed cum mouentur à motore intrinseco motus ille dicitur esse ab anima. Cum ergo motores cœlorum sint in ipsis cœlis. Ideo dicuntur cœlorum animæ. Substantia-n. intellectualis vbi immediate operatur ibi est, quia operatio est conexa vtrius, & vtrius est conexa substantiæ: quare si motores orbium in ipsis cœlis operantur in eis sancti, & quia sunt motores intrinseci vocati sunt animæ.

D Vltimus autem dubitaret aliquis Vtrum sit simile de anima nostra respectu corporis nostri, & de anima cœli respectu cœli. Dicendum q; non est sim. le quantum ad esse, quia non fit vniū secundum esse ex anima cœli, & cœlo: sicut ex anima nostra, & corpore nrō, remota est quodammodo similitudo quantum ad motum: quia sicut anima nostra existens intra corpus nostrum mouet ipsum: sic motor cœli appropriatus existens intra cœlum mouet illum. Rursus sicut in corpore nostro est quedam pars in qua magis viget motus: & in qua (quantum ad hunc effectum qui est mouere) magis dicitur esse anima. Cuiusmodi pars est cor. Et ab hac parte, i. à corde derivatur motus ad totum corpus: sic est aliqua pars in cœlo vnde incipit motus, & ab illa parte derivatur motus ad totum cœlum, & huiusmodi pars est orientis: vbi principaliter est intelligentia mouens, & quia sunt totæ similitudines inter motum factum ab anima nostra, & inter motum factum à motore appropriato. Ideo dicti sunt illi motores cœlorum animæ.

E Vltimus forte dubitaret aliquis dato q; anima cœli. possit fieri impræ esse cœlo prout est Motor eius: vtrum talis impressio dicat esse ab intelligentijs. Dicendum q; in anima cœli est duo considerate, substantiam, & operationem, quantum ad substantiam non dicitur impressa cœlo ab intelligentia, quia quantum ad substantiam illius aia intelligentiæ causalitatem non habet nec est (vt vbi) est hoc de intentione huius Auctoris. Et, n. substantiæ aia per creationem à Deo non per impressionem ab intelligentiâ quæ immittitur auctori s'ne est aliquid. Postq; Deus creauit aiam posuit eam sicut stramentum intelligens: sed si loquamur de aia cœli quantum ad operationem sic est de intentione Auctoris, q; oia operationem quam hinc in cœlo habet ea ex impressione intelligentiæ. Nam spēs intelligibilis in aia cœli, s'm hinc Auctorem) derivatur sunt ab intelligentijs. Cui ergo aia cœli p. intellm, & voluntatem moueat cœlum, & operationem intellectiuiam heat ab intelligentiâ à qua recipit spēs intelligibilis. Dicendum est in hunc Auctore, q; intelligentia cœli facta est anima cœli, vbi facta est motrix cœli ex impressione intelligēte primæ: quia hinc intelligat & q; per intellm moueat. Doctores vñ fidei nræ volunt q; in intelligentiâ facta, in intelligentiâ inferioris deriuant spēs intelligibilis ab intelligentijs primis, i. ab intelligentijs superioribus nō volūt q; intelligentiæ superiores illuminat inferiores, & iacet eas in operatione intelligibili. Deinde cū dicitur.

C

In pposi-
tione se-
cunda. l. m.

H

I

X

Declarat proposicionem proposicionem tinebat aut proposido illa partes duas quartā vna preceudebat ad multiplicationem animarum celestium: alia vero ad multiplicacionem animarum, que sunt hic inferius. Declarando ergo proposicionem illam tria facit: quia primo ostendit quō multiplicatur hinc aia, & ille secundum dat dicitur inter hmoi aias: & tertio epilogat circa determinata secunda ibi. (Animæ igitur quæ sequuntur) certia ibi (nam igitur fertur: sic eundem ostendit quō multiplicatur cœlorum aia: ibi. (Et non multiplicatur aia: cœli) quæ) aia cœli (sequitur esse creatum inferius.) (N. utandum aut q; accipiendo aiatenitatem (prout dicimus) q; deus est supra aternitatem, & est eā aternitatis, esse aternam est esse creatum. Cuius ergo aia cœli sequitur esse aternam ex parte inferiori, quia (vt dicebatur) creata est in Horizonte aternitatis inferius, quia vero non partitur aternitatis bene dicitur esse) secundum hunc modum loquendi) q; intelligentia secunda, sive aia cœli sequitur esse creatum, quia sequitur esse entis quod est esse creatum: & sequitur ipsam inferius: quia participat ipsam inferius modo, & non partitur ei.

Dubitaret forte aliquis vtrum aia nostra sit ex impressione intelligentiæ secundæ, sive ex impressione aie cœli. Dicendum q; in impressione aie nostræ est considerate ipsam aiam, intelligentiā secundā, sive ex anima cœli quo ad substantiam suam, quæ imprimitur: sed bene est hmoi impressio quantum ad corpus, cui imprimitur. Nam supra corpus nostrum, & super organizationem eius causalitatem hinc anima cœli, & quia non imprimitur anima nrā, nisi corpori disposito, & organizato: ideo dicitur impressio animæ nostræ esse ab aia cœli. Propter quod patet, q; aliter animæ cœlorum dicuntur imprimere suis corporibus ab intelligentijs: & aliter animæ nræ ab aia cœli. Nam impressio animarum celestium nō est ab intelligentijs: ita q; intelligentiæ hanc causalitatem super substantiā cœlestis si aliquo modo dicitur poteri, q; aia cœlorum sint impressæ cœlis ab intelligentijs (sequendo hunc Auctorem) hoc erit quantum ad operationem. Nam cū dicuntur impressæ cœlis prout existere in cœlis cœlis mouēt, cum moueant eos per intellm, dicit hoc hinc ab intelligentijs à quibus hinc q; intelligant. Et si dicatur q; mouent cœlos per voluntatem: p. q; velle presupponit intelligere: per intellm ergo (non prout est pure speculatiuus sed vt est practicus) aie cœlori mouet cœlos. Si ergo concederetur eius simpliciter q; aia cœlori hinc, q; intelligens ab intelligentijs, satis possemus causalitatem sup. substantiam, neq; sup. substantiam cœlori, q; intelligens non q; intelligens haberent sic earent in aibus illis opōnem intelligibile, q; quā mouet cœlos, & mouēdo eos dicitur intelligere eis. Verū q; nō hoc concedimus. q; opōnem intelligibile hanc aie cœlori ab intelligentijs) dōcedimus q; iuuant in tali operatione ab eis. Ideo facta nrā quantum ad impressionem animarum celestium non est simpliciter eadem cū facta huius Auctoris est exponēdo ipm, vt exponimus per quem modū exponendi ipm magis ad vtrāq; trahimus. Deinde cū dicitur.

Et non multiplicatur aia, nisi per modū intelligentiæ: quod est, q; aia esse aie hinc hinc, sed quod ex eo est inferius est infinitū. i. potens esse, & non esse.

Postq; ostendit quō multiplicatur aie nræ, quia multiplicatur ex impressione aie cœlorum eo modo quo exposuimus. In parte ista vult declarare quō multiplicatur cœlori aie, ideo ait.

Propōnis quinta Cōmentum.

(& non multiplicatur animæ) simplicæ cœlorum (nisi per modum) quo multiplicatur intelligentiæ , quod est, quia esse animæ habet finem, sed quod ex eo est interius est infinitum. i. potens esse & non esse. ¶ Notandum autē q. illud additum (potens esse & nō esse) non videtur de textu, sed magis vř glōsa alicuius, quæ forte pp̄ imperitam scripturam scripta fuit pro textu : quod quō verum sit in quæstionibus patrebit . ¶ Notandum etiam aliquos textus habere (esse animæ vñ) quod sātis bonā expōsitionem hēt : quia esse animæ cœli fm̄ se est vñum, sicut esse intelligentiarum & huiusmodi atē habent esse compositū ex finito & infinito, sicut intelligentiæ, ideo multiplicatur illę sicut illæ. ¶ Notandum etiā q. atē cœlorum (cū fm̄ hunc Auctorem sint ex impressione intelligentiæ) sunt valde propinquæ eis, immo huiusmodi atē intelligentiæ quedam sunt : sed quia tenent infimū gradum inter eas, & quia hāt administrare corpora, ideo vocare sunt animæ. si igitur atē cœlorum sunt quedam intelligentiæ, planū est q. non multiplicentur, nisi sicut multiplicentur intelligentiæ.

M

In hac pōne. ¶ Dubitaret forte aliquis, vřtū animæ cœloꝝ compositæ sint ex finito & infinito. Et videtur q. non : dictum est. n. q. atē illæ sunt imprællæ cœlis. Habent ergo naturā finitam, quia sunt receptę in corporibus, & hāt esse finitum, quia esse cœli est receptum in natura, non ergo sunt cōpositę ex finito & infinito. Dicendū q. (vt patet per iam dictā) atē illæ sunt imprællæ cœlis non quia fiat vñum fm̄ esse ex eis & cœlis : sed quia sunt motore intrinseci cœloꝝ. Non ergo natura eāꝝ limitatur & contrahitur pp̄ hoc q. recipiantur in corporibus cœlestibus. Natura. n. eāꝝ in sui plenitudine, & in oī perfectione suę speciei habet esse. Sunt nāq. in illis atibus duo, esse, videlicet & natura. Sed esse eāꝝ non habet omnem rōnem entis, neq. oēm perfectionem, neq. oēm modum essendi. Vñ illud esse nō manet in sua plenitudine, sed cōtrahitur & particulatur fm̄ capacitatem eius in qua recipitur. Sed natura illaꝝ atarum cum non sit perfectio materiæ (vt dictū est) manet in sua plenitudine & in oī perfectione suę speciei. Sunt ergo illę atē sicut & intelligentiæ cōpositę ex finito & infinito, & ex esse & natura. Et vt intelligitur hā sciendum, q. natura est infra esse. Imaginatur. n. q. semper influentia vadat a superiori ad inferius, vt si prima causa influat esse inf. nature, est ibi tria considerare, vř naturā recipientem esse, primam eāꝝ influentē esse, & esse influxum a primo in naturā. Natura ergo in tali ordine est quid infinitum, vel quid inferius, prima est quid supremum, esse quid medium, & quia de cōpositione illaꝝ intelligentiarum & atarum est natura & esse, cum natura sit quid inferius, & sit quid infinitum, esse vero sit quid superius ea, & sit quid finitū, tam intelligentię q. atę cœlorum sunt finitę ad superius, quia hāt esse finitum & sunt infra ad inferius, quia habent naturam infinitam loquendo de infinito vt hic loquimur.

N

¶ Vterius forte dubitaret aliquis vřtū atē nostræ sint cōpositę ex finito & infinito. Dicendū q. atē nostrę sunt perfectio materiæ, & per essentā vñuntur corporibus, ita q. ex tali atā, & corpore fit vñum fm̄ esse, propter quod natura atarum nō est infinita natura, eo modo quo est infinita natura intelligentiæ & animarum orbū, sed limitatur, & contrahitur & particulatur talis natura rōne corporis in quo recipitur : ita q. (loquendo de infinito prout vsq. nunc loquuti sumus) non sunt animæ nostrę cōpositę ex finito & infinito, imo habent esse finitū, quia illud esse est receptū in materia, & habent naturā finitam : quia natura illa est recepta in materia. Tamen si volumus atē loqui de infinito, Galubianus atas nostras esse compositas ex finito & infinito. Dicimus quidē atas nostras (quia non educuntur fm̄ substantiam de potentia materię) non esse sic immeritas materiæ (vt sunt atas corporales forme). Et id animę nostrę etiā separatę a corporibus perpetuā tur in suo esse, quod nullis alijs formis cōpōit. q. i. absq. sua materia posant persistere. Et ideo natura atarum nostrarum licet habeat esse finitum participat tamen illud esse perpetuū. Separatur. n. intellectus ab alijs partibus esse finitū corrigibilis (vt habetur in secundo de atā) Anima ergo humana participat esse, infinito modo, s. durabilitate. Sic ergo loquendo de infinito natura atarum nostrarū est infinita duracione. Ergo atē nostrę possunt dici aliquo

O

T. cō. 21.

Propōnis quintę Cōmentum.

2 I

dici aliquo modo compositę ex finito & infinito, quem modum infinitatis etiam in intelligentiis & in atibus cœlorum inuenimus, quia etiam illę habent naturam infinitā duracionis, & habent esse finitum secundum capacitatem nature : Ipsi autem nature magis attribuitur infinitum : quia perpetuatio ipsius esse est ex natura.

¶ Vterius autē dubitaret aliquis, vřtū omnia corpora sint cōpositę ex finito & infinito. Dicendū q. oī generabili & corruptibili, & etiā omni creato cōpōit q. sit cōpōsitū ex atē & potentia, quia vel cōpōsitū est ex esse & natura quōq. vñum se habet vt actus, reliquū vero vt potentia, & sic cōposita sunt que sunt intellectuales nature : sed corpora cōposita sunt ex atē & potentia, quia cōponuntur ex forma & materia. Loquendo ergo de infinito (vt de eo supra loquuti sumus) speciale corpora ista inferiora non sunt cōposita ex finito & infinito. Sed si volumus alienam accipere infinitum, vt dicamus infinitū quod idē N. O. est q. interminatam. Materia grām est de se est infinita, oīa ergo corpora sic cōposita sunt ex finito & infinito quia cōponuntur ex materia quę de se est infinita & ex forma finitente materiam. Tribus ergo modis pot. aliquid dici infinitum. Nā vno modo infinitū idem est q. non materiale, vel non in materia receptum, fm̄ quem modum natura intelligentiarū & atarum orbū est infinita, quia non est in materia recepta. Secundo modo dē infinitum duracione fm̄ quem modum atē humane sunt infinitę : quia nisi suo esse privari nō possunt & tertio modo dē infinitum quāsi de se interminatū, & (vt extendimus hoc nomen infiniti) dicimus q. oīs natura creata est in potentia : ad esse, & quātum est de se non hēt esse. Oīs ergo talis natura pot. esse & non esse, non esse quidē de se, esse aut per aliud. Neq. tamen pp̄ hoc oīs talis natura est generabilis, & corruptibilis : quia quod bona cōpōsitione cōpōsunt est indissolubile est. Secidum hoc ergo omne creatū compositū est ex finito & infinito : quia cōpōsitum est ex esse, quod est finitū, & ex natura, quę est infinita. i. indeterminata : quia pot. esse & non esse, fm̄ q. dictum est. Intelligentię itaq. & atę cœlorum tribus modis erunt cōpositę ex finito & infinito : sed atē nostrę duobus modis, ista vero corpora vno tantummodo. Natura quidem intelligentiarū & atarum orbū est infinita quia non est in materia recepta, est infinita duracione, est infinita interminatā, quia licet per primā eāꝝ concitacionem perpetuetur, iā quātum est de se pot. non esse, atā autem nra natura, est infinita duracione, est etiā infinita quia interminatā, vt dictū est, corpora autē habent formā in materia receptā & non perpetuantur in esse, natura tā corū est indeterminata & pot. esse & non esse. Et ex hoc patet. Intellectus itq. videlicet q. id quod est inferius in atibus cœloꝝ, i. natura carum (quę est inferius respectu esse) est infinita. i. est potens esse & non esse, quia (vt dictū est) vno modo accipiendo infinitum idem est quātum est de se non terminatum per esse, sed quātum est de se est in potentia ad non esse, quod subbet nature create convenit. ¶ Deinde cum dicit.

SECUNDA pars principalis Cōmentū.

ANIMÆ igitur quę sequuntur intelligentiam sunt completę & paucę declinationis.

A

¶ Dar differentiam inter atas cœlestes & atas nostras, & sunt huiusmodi tres differentię, quarum prima sumitur quātum ad perfectionem, quia atę cœlestes sunt perfectiores atibus nostris. Secūda vero sumitur quātum ad modum influendi, quia atę cœlestes influunt in atas nostras, non autē conuerso. Tertia autē differentia sumitur quātum ad rem influentē quia motus, quem influit atā cœlestis, est magis stabilis, & fixus q. sit motus factus ab atā nostra. Secūda differentia incipit ibi. (& atę superiores.) Tertia ibi. (Et oīs anima) Dicit ergo (atę igitur quę sequuntur intelligentiā) cuiusmodi sunt atę nostrę (Sunt cōpletę hēt itq. & paucę declinationis) sub atibus superioribus. q. d. q. animæ nřę habent incompletam factę &

2

In hac, p. p. c. M.

Q

R

Propōnis quintæ Cōmentum.

eploctæ declinationem, vel habent pauca declinationem. Sed habent eam, sub animabus superioribus : quia hâc eam inferiori modo q̄ illę, vel, ve habent aliqui textus (aia sunt in cōplectæ & declinatę sub aibus superioribus) sunt. n. sub illis completę & declinatę : quia rōs, & ic habent minus de complemento : & plus de declinatione. ¶ Notandum aut q̄ si volumus paratiōis possimus referre litterā sine verba textus ad aias colorum, vt dicamus, q̄ aie cōlectes separantur intelligentias, sed aie nostre sequuntur aias cōlectes que habent esse inferius referantur intelligentiam. ¶ Notandum etiā q̄ aie cōlectes sunt magis perfectę & cōplectę q̄ aie nostre, & sunt pauca declinatōis & separatiōis, quia nō separantur a ius cōplectę. Si aut habent declinationem hoc est quātum ad motum eaz, qui licet sim physiofophum sit per penus quum ad sui totalitatem, tū motus illę cōlectis quantū ad suas partes corrumpitur, separatur, & declinat. Sed animæ nre sunt maiores separatiōis, quia etiā quantum ad substantiam declinant, i. separantur a suis corporibus. ¶ Deinde cū dicitur

Et animæ superiores quia influunt bonitates suas quas recipiunt ab intelligentia super animas inferiores.

¶ A signat differentiam que sumitur quātum ad modum influendi dicens (& aie superiores) supple differentia ab inferioribus (quia influunt bonitates suas quas recipiunt ab intelligentia super animas inferiores) & non euanerit. ¶ Notandū q̄ animæ nre que dicuntur aie inferiores acquirunt perfectiones suas mediantibus corporibus suis. Et acquirunt sciam mediantē phanasmate, & quia super corpora nostra influunt animæ colorum mediantibus super cōlectibus corporibus. Ideo influxus animę cōlectium facit vt anima nostra acquirere possit perfectiones & bonitates. ¶ Deinde cum dicitur

Et omnis anima recipiens virtutem ab intelligentia plus est fortis super impulsionem, & quod impulsionem est ab ea ex fixū & flans : & motus eius est motus æqualis, & cōtinuus, & illa in qua est virtus intelligentiæ ex ea minus fortis est in impulsionem sub animabus primis. Et quod est impulsionem ab ea est debile, euaneicens, & destruable. Verū tamen quāuis sit ita, tamen permanet per generationem.

¶ A signat Tertiā differentia que sumitur ex influxu d. (& ois anima recipiens virtutem ab intelligentia) cuiusmodi : est aia cōlectis (plus est fortis super impulsionem : & quod impulsionem est ab ea est fixū, & flans : Et motus eius est motus equalis, & cōtinuus). q. d. q̄ aia superior est magis fortis in imprimēdo, & motus cōlectis impellens est flans seu fixus. i. per penus est æqualis & cōtinuus. Et subdit q̄ (& illa) .i. aia (in qua est virtus intelligentiæ ex ea) .i. ex aia cōlectis est aia nostra que (minus fortis est in impulsionem sub aibus primis & quod est impulsionem ab ea est debile, euaneicens & destruable. (virtutem quāuis sit ita) q̄ destruantur corpora (causa permanet) .i. perpetuatur sp̄s humana (per generationem).

¶ Notandum q̄ virtus intelligentiæ (sui illum a nobis) immediate attingit aiam cōlectem, sed aiam nostram non attingit immediate, sed mediantē aia cōlecte. Aia ergo cōlecte accipit virtutem ab intelligentia immediate. Sed virtus intelligentiæ in aia nostra recipit ex ea .i. inquantē ei, hoc est mediantē anima cōlecte. ¶ Notandum etiā q̄ data est virtus generatiua illis inferioribus secundum physiōsophum, quia non possunt perpetuari in se, vt perpetuantur per generationem in suo simili. ¶ Deinde cum dicitur

Iam igitur ostensum est quare factæ sunt formæ intelligibiles multæ, &

Propōnis quintæ Cōmentum.

non est nisi vnu esse simpliciter & quare factæ sunt multæ animæ. Et quare sunt quedam animæ fortiores alię, vel quibusdam & esse earū esse firmplex vnum in quo non est diuersitas.

¶ Epilogat quum ad vtrūq; propōnem v3 quum ad pcedentem & quum ad istā dicens. (Itā simplex igitur cōsum est quare factæ sunt formę intelligibiles multæ & nō est nisi vnu esse simplex) quod cōsum fuit in pcedenti propōne, & subdit (&) supple dicit est in hac propōe (quare factæ sunt multæ aias, & quare sunt quedam anime fortiores alię, vel) fortiores (quibusdam) quia aia cōlectes sunt fortiores in imprimēdo q̄ aie nostre (&) tū esse cap. 3. aiaque eam cōlectis q̄ oratum (est simplex vnu, in quo non est diuersitas). ¶ Notandū aut q̄ esse quorūcūq; (quantum est de se) est vnum simplex iter non habens diuersitatem : sed si diuersificatur hoc est ratione eorum in quibus recipitur.

PROPOSITIO SEXTA.

Aufa p̄ia superior est narratione, & nō deficiunt linguę a narratione ipsius nisi pp̄ narrationē esse ipsius, quā ipsa est super oēm cām, & nō narratur nisi per eas scēdas, que illuminantur a lumine causę primæ.

¶ Postq̄ Auctor determinavit de cōnexionē primę cām & de distinctione & multiplicatiōe eaz, ip̄ parte illa vt dicitur vult determinare de vna quazq; cā p̄tinentia sim & sunt aut vno cause primarie de quibus istę ad & determinate inter se, v3 prima cā interelligentię & aie cōlectę. Itē vna facit quia primo determinat de prima cā, scēdo de interelligenti, tertio de aibz .i. scēda dō. (Intelligentia est substantia) in principio 7. propōnis, tertio dō in omni aia in principio. 4. propōnis. Ad euidentiam aut primę paritē scēdam, q̄ prima ea potissime cognoscitur per ignorantia. Vn negationes de Deo sunt vtrę affirmatiōes aut sunt in cōpactę vt dicit scēdo de Angelica hierarchia) & ibidē scribitur. Ignoramus aut super esse dicitur ip̄us viuitibilibem & in effabile vnitatem. Illud ergo scimus de prima cā q̄ ignoramus eā. Vides ergo hic actor primę cām describere, per ignorantia nram describit ip̄am dicens q̄ est super narrationē nram : & est supra sciam, & superior narratione nra. Ideo hōi propōnem p̄p̄tētē triplē declarat, & probat. ibi q̄ dicit, quia prima cā) dicit ergo q̄ est prima superior, est, narratione, & nō deficiunt linguę a narratione ipsius nisi pp̄ narrationē esse ipsius). q. d. q̄ id eo deficiunt a narrādo, p̄ esse eius quod est innarrabile, q̄ aut prima cā fit innarrabilis patet, & quā ipsa est, supra oēm cām & non narratur, nisi per causas secundas que illuminantur a lumine causę primę.

¶ Dubitaret forte aliquis : vtrū verum sit q̄ prima cā sit innarrabilis. Dicendū q̄ s̄m Dionysius in p̄to cap. de diuinitatibus intelligibilia sensibus cōprehēdi nō valet. Quāto aliqd est magis materiale & sensibile, vtro est magis cōtractū, & minus his de p̄tē hōi, & q̄o aliquā est magis materiale & abstractū tanto magis de perfectione participat. Itē q̄ intelligētus noster & cū cuiuslibet creati est valde materialis respectu primę causę. Itē p̄tina cā naturalis a nullo alio intellectu potē cōprehēdi. pp̄ q̄ vtrū est q̄ a nullo tali intellectu q̄ ab aliquo cogit intelligat. Rurū q̄a verba sunt valde materialia respectu eo nre que sunt in intellectu : ideo illud quod intelligimus de prima cā nō possumus per verba sufficenter exprimere, desēto nō intellectu a cognitione eaz & primę & plure idē itingua a narratione, pp̄ quod (vt in quæstione sequenti videbimus) Deus verus intelligitur q̄ narratur. Effigetur prima cā non solū superior imo valde superior naturalis ratione. ¶ Vtrū forte dubitaret aliquis Vtrū vtrū sit hoc quod in effōne pcedenti supponitur, v3 q̄ Deus verus intelligatur q̄ narrē, & v3 q̄ non, quia de Deo multa dicimus vera que mente nō capimus. Dicendū q̄ verba expressa sunt cogit que sunt in mente nō cuiuslibet

Alia ista hē, & nō est cōsum nisi simplex.

A

In propōe 2. 3. A.

C

Propōnis sextæ Cōmentum.

Pronunciatis ea, sed eius qui huiusmodi assumit, vt illis exprimat quod mente capis, vt verba magistri, vel preceptoris per se referenda sunt ad intellectum preceptoris à quo sumpturatur originem, non ad intellectum discipuli, qui non fuit eorū verborum inductor neque ordinator. Cum ergo quaeritur verum contingat aliquid verus dici quāquam intelligi. Dicitur quod per accidens contingit. Nam discipulus verba magistri referens intellectu non fo manente, non capit verba illa, per se aut non contingit, quia cum quis secundum ea, que intelligit verba ordinat, si illa intellecta sunt, alia, & profunda, ita quod non possit totū per verba exprimere quod intellectu concepit. Tunc non cōtingit aliquid verus dici quāquam intelligi. Prima ergo causa nullo modo potest per verba sensibilia sufficienter exprimi. Et per se loquendo deficit ab ea intellectus, & lingua, sed magis lingua quā intellectu. Deinde et dicitur.

COMMENTVM PROPOSITIONIS SEXTÆ.

Quod est quia prima causa non cessat illuminare suum causatum: & ipsa non illuminatur lumine alio, quā ipsa est lumen purum supra quod non est lumen aliud. Ex illo ergo est pura prima sola causa cuius deficit narratio.

T. & cō. primi.

Declarat & probat propositionem propositam: Ad cuius evidentiam sciendum, quod aliqua sunt ita proportionata intellectui nostro, quod ita intellectus nostri fertur in illa. Et huiusmodi sunt principia non quidem prima principia incompleta, cuiusmodi sunt Deus, angelus, & anime colorum, ad quae se habet intellectus noster, sicut oculis ordinata ad lumen diei: sed ad principia, complexa cuiusmodi sunt communes animi conceptiones: vt omne totū manus est sua parte. De quolibet est affirmatio, aut negatio, & huiusmodi: quae (sunt philosophum, & commentatorem in secundo metaphysic.) ita se offerunt intellectui, quod sunt quasi locus lanug in domo, quem nullus ignorat. Itaque ergo ita sunt proportionata intellectui, quod in ea per se fertur intellectus, sed in alia fertur ratiocinando, & discutendo, & hoc duplici via vel à priori cum per causam procedit ad effectum, vel à posteriori, cum procedit per effectum ad causam. Omne ergo à nobis cognoscibile, est altera trium modorum, vel quia est valde proportionata intellectui, vel quia habet causam per quam potest cognosci, vel quia per effectus possumus in eius cognitionem procedere. Auctor ergo volens quod prima causa sit à nobis incognoscibilis, & per consequens inenarrabilis tria facit primo enim ostendit, quod non potest cognosci per causam, secundo, quod non potest per se ipsam cognoscificur cognoscuntur cōdes animi conceptiones, quae sunt pars se nota. Tertio declarat quod non potest cognosci per effectus. Ergo si nec per causam, nec per se, nec per effectus, nullo modo est cognoscibilis, neque per consequens enarrabilis. Secunda pars incipit ibi. (Quod est quia narratio.) Tertia ibi (& ipsa quidem.) Et vt melius intelligatur à ueteris intentio, sciendum, quod in propositione tanguntur tria. Nam ibi tangitur quod prima causa est inenarrabilis, propter eius esse, quod simple non est proportionata potentiae nostrae, & ideo non est cognoscibilis per se nec et per causam est cognoscibilis: quoniam ipsa est super omnia causam, neque tertio potest enarrari per effectus, quia hoc modo non nominatur, nisi per causas secundas, quae simple sufficienter non exprimentur eam. Causam, secundam comprehenduntur à causa prima, quia illuminantur ab ea, sed non comprehendunt ipsam. Auctor ergo primo probat secundam partem propositionis. Secundo primam, & tertio tertiam: Primo namque ostendit primam causam inenarrabilem esse, & incognoscibilem, quia non habet causam per quam enarratur & cognoscatur. Circa quod duo facit secundum quod dupliciter ostendit, quod prima causa non possit à nobis cognosci per causam. Nam quicquid cognoscitur à nobis per causam illuminatur à eā, per quam cognoscitur, & est infra causam per quam cognoscitur. Nihil autem

Propōnis sextæ Cōmentum.

autem horum competit primae causae. Quod nō n. non illuminatur ab alio: sed est lumen purum, ipsum non hēt superiorē causam, nec est causum. Secunda rō incipit ibi (& non est ita) Dicit ergo. (Quod est) V3 quod prima causa non possit enarrari (quia prima causa nō cessat illuminare suam causam, & ipsa non illuminatur, lumine alio: quā ipsa est lumen purum supra quod non est lumen aliud, ex illo ergo) V3 quod prima causa est lumen purum, & (est pura prima sola causa cuius deficit narratio.)

Dubitet forte aliquis, unde sequitur hec consequentia, V3 quod prima causa sola est lumen purum, ideo sola ipsa est inenarrabilis, & incognoscibilis. Dicitur quod prima causa quasi claritate & puritate. Sed color dicitur lumen vt opacatur, obumbratur, & contrahitur ad naturam operi. Et quia quod est lux in sensibilibus hoc est esse vlt in actibus. Nam nominē lumen est & notum, & quia ipse actus & ipsum esse facit ad manifestationem rerum. Deus ipse qui est ipsum esse purum, & est lux pura, egesta aut alia quia hēt esse recepti & partitur lux in sua puritate: sic etā per nullam spem intelligibilem existentem in quocumque intellectu creato. Pōt cognosci lux prima in sua puritate. Nam omne quod recipitur in aliquo intellectu creato est quid obumbratum & opacatum. Et ideo talis spēs comparatur ad Deū non sicut spēs lucis ad lumen, sed sicut spēs coloris ad lumen. Si n. receptum in oculo (eo ipso quod recipitur) idem esset quod spēs coloris & non lucis, hoc posito, si coloris se possent facere in oculum posse oculis videre omē colorem, sed non posse videre lumen in sua puritate, & quia tales sunt omēs spēs intelligibiles receptae in intellectu creato respectu causae primae. Ideo prima causa quia est sicut lumen purum est incognoscibilis & per consequens inenarrabilis. Deinde cum dicitur.

Et non est ita, nisi quia supra ipsam non est causa per quam cognoscatur, omnis quidem res non cognoscitur nisi ex ipsa sui causa. Cū igitur res est tantum causa & non est causatum, non scitur per causam primam, neque narratur: quā est superior narratio, neque consequitur eam loquela.

A ducit secundam rationem quod prima causa non possit enarrari per hoc quod non cognoscitur per superiores causam dicens. (Et non est ita) V3 quod prima causa sit inenarrabilis, & quod sit incognoscibilis (nisi quia supra ipsam). scilicet causam primam (non est causa aliqua alia per quam) simple causam aliam (cognoscatur) ipsa causa prima. Et subdit quod (omnis quidem res nō cognoscitur) neque narratur (nisi ex ipsa sui causa). Cum igitur res est tantum causa & non est causum, non scitur per causam primam, i. per causam aliam priorem (neque narratur: quā superior est narratio, neque consequitur eam loquela). q. d. quod eo ipso quod res non habet causam non potest cognosci neque intelligi ab alio. Notandum autem quod haec rationes probant causam primam non esse cognoscibilem per aliam causam, & per consequens probant eam non esse enarrabilem tanquam sit cognita, possit autem ex his duobus constari vna talis ratio. Illud quod non illuminat ab alio, sed est lumen purum (vt dicitur prima ratio) & illud quod est causa tantum, & non habet aliam rationem tanquam sit cognitum. Causa prima est huiusmodi, ergo. Notandum etiam quod nomen luminis à manifestando est impositum, quia omnia manifestantur in lumine. Cum ergo omnia illud ergo quod habet superiorem causam, & quod verificatur per aliud illuminat per aliud. Prima ergo causa per aliam causam cognoscibilis non est, nec habet causam aliam priorem se, tū quia non illuminatur per aliud (vt dicitur ratio prima) tum etiam quia non est causum (vt dicitur

Propōnis sextæ Cōmentum.

Propōnis sextæ Cōmentum.

k

bat ratio secundā) Probat ergo hæc duæ rationes q̄ prima causā sit quid inenarrabile, tan-

quam aliquid incognitum, per aliam causam.

¶ Dubitaret forte aliquis vnde loquitur hæc cōsequentiā, v̄ q̄ si res non habet eam, q̄ sit inenarrabilis & incognoscibilis. Planum est, n. q̄ si res non habet eam, q̄ non pot̄ cognoscī per eam. Sed si vltentis arguatur non pot̄ cognoscī per eam, ergo non pot̄ potest cognoscī, arguitur ab insufficienti, & cōmittitur fallacia consequentis. Dicendum q̄ res non habens eam non sequitur q̄ non sit cognoscibilis ab aliquo, quia saltem est cognoscibilis a seip̄a. Prima enim causā plane seip̄am noscīt, tamen bene sequitur q̄ res non hās causam non pot̄ sit cognoscī ab aliquo creatorum. Hic ergo intendimus declarare q̄ naturaliter loquendo nullus intellectus infra deum diuinam essentiam inueniri potest. Intellectu enim similitudinario (v̄ quia in omnibus creatis rebus similitudo cauē) potest Deus cognoscī ab alijs. Sed intellectū essentiali diuina essentia a nullo alio circa Deū naturaliter cognoscī potest, quod sic ostenditur. Imaginamur enim q̄ sola prima causā sit omnino inārita, & sic non determinata ad aliquod genus entium. Na ipsa prædicamenta diuersos modos essendi nominant. Cui ergo non competit specialis modus essendi: sed cōpetit ei esse quod est pelagus infinitum, in quo referatur omne esse & oīs perfectio ad nullum prædicamentum cōtrahitur, & ad nullū genus determinatur. Sed quia huiusmodi est primum principū: Ideo ipsum ad nullū prædicamentum cōtrahitur & ad nullum genus determinatur. Item facta cum descendimus a primo inuenimus cōpositionem: sicut factum est descendimus ab vltimate inus in numerum. Et quia omnis res quæ componitur participat esse, quia si effectus ipse esse non esset compositus, sed esset omnino simplex: omne autem participans esse determinatur ad specialem modum essendi, quia hoc dicit particula quæ partem capere. Illud ergo participat esse, quod non habet esse in suo pelago, sed habet esse contractum & determinatum, omne autem tale habet specialiter loquendo) in cognoscendo non potest se extendere vltra ea quæ sunt in genere. Quia cum agere præsupponat esse. sicut omne quod est extra primum est determinatū in genere. Sic omnis cognitio talis naturaliter nō se extendit ad id quod non determinatur ad genus. Dico autem omnis cognitio talis quia potissimè res cognoscitur v̄ est in cognoscendo, ex quo ergo cognoscens est determinatum ad genus intellectū essentiali non potest cognoscere nisi ea quæ sunt in genere, vel quæ determinantur ad genus. Nam loquendo de intellectu creato, apparet quod sit obiectum in tali intellectu. Cum enim in creatis inueniamus diuersa genera cognitionum, v̄ sensituum, & intellectuum. Intellectus est vniuersalior cognitio quæ reperitur in eis, non tamen sic est vniuersalis, quin aliquo modo sit determinata, omne autem determinatum (naturaliter loquendo) vltra primam determinationem non potest se extendere: prima autem determinatio in entibus est quod determinatur ad genus. Illud autem est obiectum intellectus per quod aliquid determinatur ad genus. Hoc autem est quod quid est: quia quilibet res est in genere per suam quidditatem. Vnde & in tertio de anima vult philosophus quod quod quid erat esse sit proprium obiectū intellectus. Sicut ergo quod excederet vniuersaliter sonus non potest percipi ab aliquo auditu, quia proprium obiectum auditus est sonus: Sic quod est supra omnem quidditatem, & est ipsum esse naturaliter intellectu essentiali non cognoscitur ab aliquo intellectu creato. Et dico naturaliter quia sicut omnis natura circa primum est determinata, & habet determinatum modum, sic omnis naturalis cognitio creatorum fertur solum in ea quæ sunt determinata in genere, & determinato modo fertur in illa. Vtrumq; enim oportet esse quid determinatum videlicet quod a tali intellectu naturaliter cognoscitur, & modus. Vtrum autem possit tantum eleuari intellectus creatorum supra naturam suam quod videat ipsam diuinam essentiam, & per consequens videat rem indeterminatam & infinitam, licet forte videat eam modo determinato & finito, prægens speculatio non ad-

SEC V N D A Pars Principalis Cōmenti.

Qvod est, quia narratio non fit nisi per loquelam, & loquela per intelligentiam, & intelligentia per cognitionē, & cognitio per meditationem, & meditatio per sensum. Causā autē prima est supra omnes: quoniam est eā ei. Propter id ergo sit quod ipsa nō cadit sub sensu, & meditative, & cognitione, & intelligentia, & loquela. non est ergo enarrabilis.

O

M

T. 66. 27.

N

¶ Deinde cum dicitur

L

P

Q

¶ Probat q̄ prima causā non fit a nobis cognoscibilis per seip̄am, quia non cadit sub ratione neq; sub cognitione. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo declarat intentionem ibi. (& dico) ad euidenciam autem primæ partus sciendum q̄ licet simpliciter in nobis sit solum duplex cognitio: Sensitiva, & intellectiva, tamen quælibet illarum dividitur. Nam sensitiva dividitur in imaginationem & in sensum exteriorum, & hât se iste duæ cognitionses sensitiuæ per ordinem: quia a cognitione sensitiua exteriori sit processus ad imaginationem interiorum. Nam res prius per se sunt in sensu exteriori, & postea, a sensu exteriori in imaginationem procedunt: sic & intellectiva cognitio dividitur in cognitionem rebus corruptibilibus, & in cognitionem rerum sempiternarum. Et habent se istæ cognitionses per ordinem, quia per se habilia, & corruptibilia dicuntur in cognitionem sempiternorum. Auditor ergo iste cognitionem intellectivam de sempiternis appellat cogitationem aut intelligentiam, & illam quæ est de istis corruptibilibus cognitionem dicit: ac sensitiuā imaginationem meditationem appellat, & cognitionem sensitiuam exteriorem appellat sensum. Ideo ait (quod est) v̄ q̄ prima causā sit inenarrabilis (quia narratio non fit nisi per loquelam, & loquela) nisi (per intelligentiam, & intelligentiam per cognitionem, & cognitio per meditationem, & meditatio per sensum. Causa, propter id ergo est ita (fit) si sequitur vel arguitur (q̄ ipsa non cadit sub sensu, & meditatione, & cognitione, & intelligentia, & loquela.) & quia non cadit sub istis non est sub ipse (non est ergo enarrabilis) a nobis prima causa: quia non est cognoscibilis per aliam causam (v̄ dicebant primæ duæ rationes.) sed nec est cognoscibilis per seip̄am, quia non est proportionata alicui cognitioni nostræ (v̄ probat ratio ista.) ¶ Notandū autem q̄ potest sic formari hæc ratio. Illud quod non cadit sub intelligentia nec sub cognitione, nec sub meditatione, nec sub sensu non est a nobis cognoscibile per seip̄am: sed est nobis incognitum et inenarrabile: prima causā est huiusmodi ergo &c. ¶ Notandum etiam hanc rationem tertiam esse vniuersaliter prædictis duabus rationibus. Nā primæ duæ rationes non probant primā eam esse a nobis quid ignotum & quid inenarrabile per omnem modum. Sed solum probant primam causam non esse quid cognitum per aliam causam. Sed hæc ratio tertia probat primam causam non esse cognitam per causam, nec aliter cum non cadat sub aliqua prædictarum cognitionum. probat etiam hæc ratio tertia quod intellectu essentiali prima causā est nobis simpliciter ignota & per consequens inenarrabilis.

¶ Dubitaret forte aliquis quia videtur falsum quod hic Auditor ait, videlicet q̄ loquela nō fiat nisi per intelligentiam. Nam dictum est quod intelligentia (secundum intentionem huius Authoris) est cognitio intellectiva quam habemus de rebus sempiternis. Et constat quod insula loquimur quæ non spectant ad res sempiternas, immo plura loquimur de istis corruptibilibus eo quod corruptibiles sumus, & eo quod cognitio nostra per quam loquimur de alijs incipit a sensu. fit igitur loquela per aliud q̄ per intelligentiam.

R

Propōnis sextæ Cōmentum.

Dicendum q̄ est sermo doctorum iuxta materiam de qua loquuntur. Et quia ip̄e Author intendit de narratione primæ causæ: constat q̄ si prima cā pot̄ narrari, hoc nō erit nisi per cognitionem quæ possunt h̄c de ipsa, cognitio aut̄ talis nō pertinet ad cognitionem intellectiuiam de rebus corruptibilibus. Sed cognitio primæ causæ (s̄ est possibilis) pertinet ad intelligentiam quæ dicebatur cognitio intellectiua de rebus sempiternis. Narratio ergo de prima cā non, s̄ nisi per loquelam, quia loquendo narrauimus, quicquid narrauimus. loquela aut̄ de prima cā non est possibilis (v̄ iam ostendimus) nisi per intelligendam. Intellectiua aut̄ non fit nisi per cognitionem hęc est cognitio de sempiternis, que d̄r intelligitur, que non fit in nobis, & non nascitur in nobis nisi ex cognitione eius, ex cognitione sensibiliū, que proprie d̄r cognitio. Nam nihil cognitioem de sempiternis per intellectiuiam reuera, nisi per ista corruptibilia. Cognitio aut̄ intellectiua de illis corruptibilibus, nō fit nisi per meditationem, i. per imaginationem: quia nihil intelligimus sine phantasmate. Ois autem imaginatio, siue ois meditatio sup̄ponit sensum. A sensu ergo incipit cognitio n̄ra. Quod ergo non cadit sub sensu & quod non h̄ phantasiam, non cadit secandum essentiam suā sub cognitione, neq̄ sub intelligentia, neq̄ sub aliqua alia cognitione nostra, & per consequens non cadit sub loquela, neq̄ sub narratione. Huiusmodi autem est prima causā. Et ideo non est narrabilis (v̄ d̄r in l̄ra.) ¶ Deinde cum dicit.

S

